



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,
Commentarii**

Sacchini, Francesco

Ingolstadii, 1616

Zelus animarum: & in Polonos caritas.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41515

pientia mirè recreabatur. Vbi licebat animaduertere quanto felicior sit in humilitate religiosa virtus, quam inter honores quamuis sacros. Namq; dum Episcopum, Nuntiumque variæ solicitorum habent curæ, & ipsa inter opes angit inopia, Canisius obedientiæ vehens nauigio, & Euangelica nuditate diues, extra humanorum casuum incertas vices videbatur sibi remotus, habens in cruce omnia. Itaq; his Domino verbis gratulabatur, Benedictus Dominus, qui nos docet ubiq; sufficienes esse, ut neq; lucrificare, neq; amittere posse videamur, solo Christo Crucifixo contenti. Sub hæc conuentus absoluitur, exitu sanè Canisij precibus, ac votis conueniente. Rex, grauissime licet oppugnarint Hæretici, nihil permisit in Episcoporum iniuriam statui, nihil in religionis causa mutari. Tum bona donatus missione Canisius quarto Idus Febrarij discessit, cor in eo Regno suū relinquens. Sic enim reputabat, planeq; sibi persuaserat, quanto magis afflictæ, ac desperatæ iudicio mortalium essent res, tanto magis & suas, & sociorum reliquorum esse partes, opem iis prævili ferre. Quia sumus, inquit, de Iesu Societas, & laboranti Ecclesiæ operam omnem debemus.

V 3

Domi-

*Paupertas beatæ Canisij.**Zelus animarum: & in Pelonos caritas.*

Dominus Iesus augeat in nobis spiritum suum
 Ego licet de Polonia proficiscar, tamen illam no-
 minus, quam Germaniam nostram Romæ, & v-
 biuis Gentium fratribus commendatam esse ve-
 lim in Christo Iesu Dominino nostro. Tota ille qui
 dem deinceps vita commendatissimam habui,
 & qua re cumq; potuit, subleuauit.

Redit Pragam.

Februarij vigesimo die peruenit Pragam. Quo
 triduo ibi exacto cum fratribus, eosq; consolatus
 ac multis pro præsenti usu Collegij constitutis re-
 bus, primo Ingolstadium, inde Augustam tene-
 dit. Aderat Cardinalis Otho Augustæ, qui san-

*adit Augusta-
num conuentum.*

Doctoris accessu triumphans, beneficioque si-
 ducens quicquid in eum benignitatis conferre
 cius alendi partes ambitiosa quadam pietate au-
 cupatus, nulla ratione præripi sibi permisit. Do-
 micilio etiam voluit ædibus suis proximo uti, i-
 agens, ut Viro Dei regendum se se totum, ac pen-
 tus traderet. Haud pares, id quod sane necesse e-
 rat, animos in eum gerebant Hæretici. Nulla non
 impudentissime confingebant probra, per qua
 salutiferam illam in dies latius inclarescentem
 infuscarent lucem, Canisio ita ob eam rem eis no-
 infenso, ut etiam maiorem impederet caritatem.

Bene-

